

Hermann Becker

**Praenobilissimis Atque Doctissimis In Academia Varniaca Iurisprudentiae
Cultoribus Praelectiones Svas Avtvmnales Offert, Simvlque Pavca Quaedam
Praemonenda Circa §, 1. Lib. 1. Cap. 3. In Comp. Iurisprvd. Pvbl. S. R. I. Illvstris
Atque Celeberrimi Schmajssii In Vsvm Fvtvri Avditorii**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1751?]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837620032>

Druck Freier  Zugang



Mkl *h*

3190



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1837620032/phys_0001](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837620032/phys_0001)



Ar. 16. h.
3190

18.

PRAENOBILISSIMIS
ATQUE DOCTISSIMIS
IN
ACADEMIA VARNIACA
IVRISPRVDENTIAE
CVLTORIBVS

PRAELECTIONES SVAS
AVTVMNALES OFFERT,


SIMVLQVE
PAVCA QVAEDAM PRAEMONENDA

CIRCA
§. I. LIB. I. CAP. 3.
IN COMP. IVRISPRVD. PVBL.
S. R. I.

ILLVSTRIS
ATQUE
CELEBERRIMI SCHMAVSSII
IN VSVM
FVTVRI AVDITORII

ADDIT
HERMANNVS BECKER,


LL. D. ET INSTIT. P. P. ORD. SENAT.



ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

1751.

FRANKFURT AM MAIN
 ATQUE DOCTISSIMIS
 IN
 ACADEMIA VARNIAE
 JURISPRUDENTIAE
 CALTORIBVS
 PRAEFLECTIONES SVAS
 A. 1788. OCTOBR.
 SIMPLICI
 IACO GUARDAM TALEMORANDA
 CIRCA
 A. 1788. OCTOBR.
 IN CORP. JURISPR. VALL.
 E. H. I.
 ILLVSTRIS
 ATQUE
 CELEBRISSIMI SCHMIDTII
 IN VITAM
 PATRI AVDITORII
 A. 1788.
 HERMANNVS BECKER.
 M. D. CC. LXXXVIII. P. ORD. SENAT.
 DE PRAEFLECTIONIBVS
 IUSTITIAE
 LITTERIS ADVERSARIIS



Omnino scientiae, Commilitones suauissimi! in quacunque etiam versentur eruditionis parte, licet non in totum forsitan occupentur veritatibus naturalibus, ex ipsis verum, negotiorumque conceptibus deductis atque deducendis, suas tamen ad minimum veritates positivas quoad prima principia, ex ipsis rerum essentiis, & accurate determinato obuenientium negotiorum conceptu deducunt, atque deducere debent. Non fore quendam credo, qui de veritate huius theses vnquam dubitet, quem tamen, si praeter spem inopinatus forsitan existeret contradictor, inductiones per exempla statim de contrario conuincunt. Hunc in finem tendunt principia vniuersalia, quae in pertractanda qualibet scientia tanquam principia cognoscendi praemittuntur. Optime hinc cum ratione haec omnia quoque adplicantur, atque adplicari merentur ad legitimam nostram scientiam, quo nomine ab ipso legislatore vocatur, (1) quae veritates tradit iura concernentes atque obligationes, quae certa quadam in prouincia inter ciues eius obtinent. Nam licet in illa veritates quoque obueniant, quae minime necessariam, sed solam admittant arbitrariam ra-

A 2

tio.

(1) pr. instir. §. 4.

tionem, atque hinc mere ciuilia, & mere positua iura Ictis audiunt (1) tamen per plurima quae in hac scientiarum specie pertractantur rationes quoque agnoscunt necessarias, ex ipsa negotiorum juridicorum essentia, & rite determinato eorum conceptu deducenda. Meditemur modo iura atque obligationes inter emtorem & venditorem obuinentes; respiciamus quae ad iura & obligationes heredis, quae ex aditione hereditatis originem habent, & omnia profecto iam ex solo conceptu rite formato per se patefiunt, remotis licet LL. posituius. Optime hinc b. Hertzog (2) de principiis cognoscendi iurisprudentiae posituae verba facturum, ad principium non solum domesticum prouocat, statum sc. internum cuiuslibet reipublicae, sed & ad commune, & maxime vniuersale principium cognoscendi, iurisprudentiam naturalem, & conceptum reipublicae, hinc ius ciuile commune. Decet hinc quoque Ictum, principia iurisprudentiae exacte expositurum, in probatione thesium primo docere fundamentum ita concludendi ex principiis generalioribus, & in quantum fieri potest ex ipsis iurisprudentiae naturalis lineis, hocque autem labore peracto demum, quia quilibet per saepe princeps, propter statum internum suae reipublicae LL. naturalibus aliquid addendo, aut detrahendo (3) suis ciuibus aliquid singulare constituit, addere deductionem LL. posituarum, vt ostendat conuenientiam aut disconuenientiam earum cum LL. naturalibus. (4) Multo maiorem enim certitudinem & conuictionem haec methodus docendi atque discendi iurisprudentiam producit, & leuissimo saepe labore refellit errores pragmaticos, qui maxime cruciant eos, qui in LL. exponendis occupati sunt, quosque opinio & sententia Ictorum mox conuox dissentientium, & in foro, prohi dolor! vbicunque

(1) Illustr. Dn. Nettelbladt in syst. elem. iurispr. posit. in proleg. tit. I. §. 6 seqq. (2) in praecogn. iurispr. posit. (3) L. 6. D. de iust. & iur. (4) Conf. Nettelbl. in denen unvorgreifl. Gedanken von dem heutigen Zustande der Rechts-Gelahrheit in Deutschland.

que triumphantes illegitimae consuetudines, mox huc, mox illuc trahunt. Caecutiunt hinc, immo noctambulibus turbidis similes videntur, qui solidum & huc superficialium studium iurisprudentiae naturalis, sacram illam ancoram in Themidis sacris sapientium, negligunt. Testimonium omni exceptione maius nobis hac in re sistunt scripta veterum, maximo quidem, immo mirabili ferme labore elaborata a Duareno, Alciato, Menochio, aliisque maximi nominis Antecessoribus, solis enim innutriti principiis Romanis & Italicis, in explicandis legibus thesin quandam saepius torquent, immo ter quaterque retorquent, quam tamen sanioris iurisprudentiae naturalis filo Ariadnaeo adhibito leges positivae satis dilucide determinant. Et quem fugit, si ita dicere liceat, contorta illa explicatio L. 14. D. de servitut. quae onus distinctionis continuarum et discontinuarum servitutum, in explicanda materia de servitutum praescriptione & foro & cathedrae obstruit. Strenuam & indefessam hinc, idque merito, culturam iurisprudentiae naturalis commendo omnibus, qui themidis castra eligere cupiunt, antequam ad sacra legum positivarum progrediuntur. Largam & satis proficuum habebunt messem, qui hocce consilium secuti, & satis hoc modo praeparati, explicandis postea legibus positivis sese consecrant. Ponamus enim antinomiam quandam veram in legibus positivis, quas in totum negare, praesertim pro ea, quae in nostra Germania obtinet, legum confusione & cumulatione, vix ac ne vix audeo & ultimum ac optimum eas tollendi remedium profecto erit, si eam adhibeamus, omnibus aliis subsidiis deficientibus, regulam, & nomotheticam dispositionem, ad tollendam collisionem, quam leges nobis suppeditant naturales, & sana ratio, de negotiis iuridicis ex ipso eorum conceptu rite formato iudicans. Nescio an error me forsitan occupet, quando idem illud indigitare obtendo imperatorem Carolum Vtum, quando in constitutione sua criminali, & iurisprudentia criminali, ubi varii doli atque culpa gradus vix ac ne vix perpetuam quandam admittunt regulam, iterum iterumque prouocat ad arbitrium iudicis, auf die Ermäßigung

des Richters, und den Rath derer Rechtsverständigen, quod arbitrium iudicis nil, nisi determinationem casus ex regulis naturalibus indicat (1).

Generalia haec de tota iurisprudencia positiva dicta, atque adducta, & de omnibus eius speciebus valent, ita vt nec ipsa iurisprudencia imperii publica excepta dici possit, quae iura & obligationes superioris & subditorum totius imperii exponit. Immo si verum fateri liceat, ius illud vniuersale, & consuetudinaria ex conceptu rite atque distincte determinato per pronam consequentiam deducta maximum in hac parte legitima scientiae praestant usum. Satis superque eius recentissimi cultores in solidis suis atque doctis elaborationibus docent (2) exigui, immo fere nullius vsus esse in decisione controuersiarum, hac in parte iurisprudenciae obuientium leges Romanas ad particulares nonumquam progredientes casus. Vacillant, & maxima cum cautione diiudicare debent decisiones ex earum scriptis haustae. Nec aliud iudicium admittit maxime in publico regimine diuersus status reipublicae Romanae & Germanicae. Nihilominus tamen per plurima in legibus Germanorum fundamentalibus deprehenduntur nondum satis determinata, & hinc, aliis legibus deficientibus, ex solis naturalibus principiis, vero conceptu determinatae reipublicae, & idea obuientis negotii rite formata ulterius adhuc rimanda, & determinanda. Hinc illae lacrymae, quod tot fere dentur in hac iurisprudenciae parte controuersiae, quot sunt propositiones in legibus imperii,

(1) Conf. Krause de arbitrio iudicis: & Illust. Dominus Mantzel, collega meus coniunctissimus, in diss. de limitibus iustitiae, aequitatis iuris ad gratiandi, & arbitrii iudicis. (2) Conf. Griebner de abusu iuris Iustiniani in causis principum. Kaestner de controu. princip. non ex iure Rom. sed iur. nat. diu. & obseru. imperii decidend. Lautensack de inepta ratione decidendi controu. iur. publ. ex iur. Rom. & quae in contrarium monet Engelbrecht de vsu iur. ciu. in iur. publ.

rii, statum publicum concernentes, determinatae propositiones. Hinc odiosum illud dictum, das ius publicum sey eine wächserne Nase, die man bald so, bald anders gestalten könne. Salua interim res manet, & maximae, me quidem quali quali iudice, & in hac iurisprudentiae parte tolluntur ac facili negotio componuntur controuersiae, si modo deficientibus legibus imperii fundamentalibus, conuentionibus, atque obseruantis eius inueteratis, ad ideam reipublicae Germanicae rite formatam respiciamus, si modo laboremus de conceptibus negotiorum obuientium accurate determinandis; si modo abstrahamus a praecceptis opinionibus, & argumentis ab auctoritate aliorum, & inuidia desumtis. Aut egregie fallor, aut innumera hic adduci possunt exempla, ex vulgatissimis iurisprudentiae publicae doctrinis, quae certissimum docent testimonium, quod haut pauca huius disciplinae controuersa capita, sublatis modo ambiguis logomachiis, ad certissimam reduci & perduci possint regulam.

Meditor, commilitones suauissimi, ad ductum compendii iuris publici S. R. I. Illustr. atque longe Celeb. Schmaussi praelectiones publice, ac gratis per instans semestri hybernum offerendas illis, qui meae quali quali manu ductioni fauent. Elegi inter tot notissima compendia hocce praefens propter rationes sat graues coram ulterius adlegendas, licet & aliis compendiis, minime gentium suas denegare audeam laudes. Perlegi hunc in finem hocce compendium meis laboribus destinatum, perlectum elegi, & tam quoad ordinem, quam methodum, & principia sana sat solide, concinne, & maximo cum studio elaboratum illud inueni. Sed statim quoque mihi perscrutanti sese sistebat in hoc compendio §. 1. Lib. I. cap. 3: praecipue & maxime animaduertenda, atque curatius consideranda. Nam continet basin, fundamentum, atque principium totius compendii, omniumque propositionum in illo obuientium, immo si verum fateri liceat, totius iurisprudentiae publicae imperii Germanici. Iam quidem ego non surrexi, aut caput obtuli,

vt.

vt auctorem huius compendii longe celeberrimum, & maximopere supra mea elogia positum, suaque docta & concinne elaborata reprehensionibus emendarem aut reformarem: Absit vana illa, & sine debitis viribus stipata cupido: Sed iudicent alii an laudandum, an vituperandum, an forsitan tolerandum, & licet desint, vires propter nisum voluntatis laudabilem tamen, admittendum sit meum quale quale studium, qui in futuri auditorii commodum circa hanc §. auctoris monendum conor, non satis determinatas in illa deprehendi propositiones, quae, sicuti ipsa subsequencia in compendio celeberrimi auctoris principia, ex ipsis liquidissimis fontibus legum imperii fundamentalium solide hausta, passim docent, si ita indeterminatae manent, incautos earum adultores facili negotio ad maximas perducere possunt iurisprudentiae publicae haereses, libertati & statui Germanico maxime pestiferas. Rite enim pensitatis huius §. verbis, plena atque perfecta Sacrae Caesareae Maiestati, qua superiori imperii, contra tenorem legum nostri imperii fundamentalium, tribuitur maiestas, quando auctor noster dicit: Alle Provinzen, die zu Deutschland gehören, auffer den Burgundischen, sind demselben incorporirt, und machen zusammen nur einen einigen Staat, und ein einiges corpus aus, das aus Haupt und Gliedern bestehet, und durch eine einige, allerhöchste, und unzertrennte Mayestät des Kayfers, als Oberhaupts, in dem nexu vnus ciuitatis erhalten, und regieret wird. Insunt vtique hisce verbis veritates, quae rite determinatae, & secundum tenorem legum imperii fundamentalium dilucide satis expositae, atque enucleatae, negari minime gentium possunt, nec absque nota criminis laesae maiestatis contra Sacram Caesaream Maiestatem, in dubium vocari nequeunt, & ab eo, qui cognoscit, qualis supremo, & inuiolabili imperii capiti debetur pietas, & veneratio, vnquam contradicuntur. Sed nisi me omnia forsitan fallant & insunt hisce verbis multa, quae non accuratori studio determinata, & indefesso labore, ac perpetua legum imperii mensura sedulo adhibita, contra propriam explicantis voluntatem,

tatem, auditoribus, quibus sine ulteriori verorum conceptuum evolutione, hae veritates traduntur, mox viam pandere possunt, ad confundenda & imperatoris, & statuum imperii iura. Cuilibet debita industria leges imperii fundamentales perscrutanti, ipsae illae leges imperii inuiolabile iniungunt officium, ad tribuenda Caesari, quae Caesaris sunt, sed adcuratius quoque explicanda, quae statibus imperii tanquam coimperantibus per leges expressas imperii debentur. Euoluantur modo quaeso, Multzius atque Stamler, Caesariani illi, si ita dicere liceat (1) qui hac propositione plane illimitata, de maiestate imperatori in imperio, qua imperatori competente, quam maxime abutuntur. Sed nec sine nota hic omitti debet, in contraria sententia nimium excedens asque exorbitans Perillustr. de Ludwig (2) eiusque sectatores. Conferri hac de materia merentur, qui absque partium studio salubre illud vulgatum: medium tenere beati: in ipsis legibus imperii fundamentalibus fundamentum, atque expressis eorum verbis praescriptum, strenue colere laborarunt, & id recte atque iuste ausi sunt Henning, Schweder & Textor (3). Sedulo itaque, atque ea, qua dignitati huius rei, & debita reuerentiae erga imperantes, par est pietate ac officio hac de re sentire decet eum, qui cardinem quaestionis aut docendo, aut discendo perscrutari cupit, vt de veritatibus in iurisprudentia publica hoc ex fonte deducendis ita iudicare possit, sicuti & status nostri imperii internus, & leges eius fundamentales exigunt, & postulant. Et si forsitan mei iudicii vires, quas iudico, quam sint exiguae, hac in re quid valeant, haut difficili negotio omnia rite determinari possunt

B

(1) Multzius, informator quondam imperatoris Iosephi, in re praesentatione maiestatis imperatoriae per singula eius iura. Stamler de reseruatis imperatoris Romano Germanici. (2) In omnibus suis scriptis passim, praecipue autem in singular. iur. publ. (3) Hennings de summa potest. imperatoris circa profana. Schweder de reseruatis imperatoris. Textor in iur. publ. Caesareo.

possunt secundum ipsum legum imperii fundamentalium tenorem, si modo euitentur ambiguitates verborum, quae totam hanc controuersiam mouent, & defensores eius sententiae mox huc, mox illuc ad deuios a tramite iustitiae trahunt errores. Ad ipsam autem hanc verborum ambiguitatem tollendam haut parum conferre possunt labores, quos impendimus ad verum conceptum nostrae reipublicae Germanicae ex ipsis legibus imperii fundamentalibus rite eruendum, determinandumque. Liceat mihi periculum facere in exploranda, quid hac in re humeri mei valeant, quid ferre recusent, & iudicent alii, quatenus destinati labores fini proposito sint forsitan con- aut difformes. Nemo enim historiam imperii in limine modo tangens, negabit, imperium nostrum Germanicum compositum esse ex variis rebus publicis minoribus, quae se, statumque suum externum perfectiorem reddere, ac laesionem externam ab aliis metuendam coniunctis coadunatisque viribus propellere conantur, hincque ad obtinendam communem publicam salutem & securitatem nexum quendam publicum inter se colunt, atque obseruant. Huius finis autem propositi nulla mortalium societas facile particeps fieri potest, nisi simul communis quaedam ac arbitraria admittatur actiones omnium dirigendi facultas ad obtinendum hunc communem finem, quam hinc & in nostro imperio Germanico & bella imperii, & constitutiones variae monetariae, & aliae plures imperii LL. satis docent, vt itaque nullum plane remaneat dubium & in nostro imperio Germanico, ac in respectu ad incorporatas eidem provincias, adesse societatem plurium rerumpublicarum minorum, sub communi imperio compositarum, ad obtinendam publicam, communemque perpetuam salutem, & publicam, communem ac perpetuam securitatem. Incorporatas in antecedentibus vocauimus hasce prouincias, idque maxima cum ratione, quia omnes, sicuti coram in praelectionibus pluribus adhuc argumentis mihi deducendum erit, & ipsae quoque imperii leges satis docent, vnum atque eundem agnoscunt superiorem ita communem, vt non maneant separatae respublicae, licet forsitan vna prae

alia

alia singularibus gaudeat priuilegiis. Et quem fugit iam eiusmodi societatem sub denominatione vnus reipublicae, vnus societatis vnus corporis, atque vnus regni venire, ita vt auctor noster maximo & optimo fundamento defendat suam sententiam, quando scribit, alle Provinzen die zu Teutschland gehören, sind demselben incorporiret, und machen zusammen nur einen einigen Staat, und ein einiges corpus aus, das in dem nexu vnus ciuitatis erhalten, und regieret wird (1). Posita autem hac veritate, quod nostrum imperium Germanicum vnica sit respublica, & omnes eius provinciae vnica constituant ciuitatem, satis quoque iam docent indubia iurisprudenciae naturalis principia, quod quaelibet vnica respublica vnicum quoque, ac commune debeat habere imperium, vnicum atque communem superiorem, & communes subditos, sit etiam quae velit species reipublicae, regularis, an irregularis, immo maxime irregularis. Omnia haec per ipsum conceptum inseparabilia manent ab idea vnicae, atque communis reipublicae, & hinc quoque in nostro imperio Germanico obtineant, necesse est. Hoc vero imperium reipublicae commune, in iure pro arbitrio determinandi actiones ciuium & membrorum pro obtinenda publica salute, & securitate consistens, & sub imperii ciuili nomine ICTis vsitatum, hinc quoque, per supra deducta, in nostro imperio Germanico intuitu omnium incorporatarum prouinciarum & obtinet, & obtinere debet. Omnia haecenus adducta sola iam sanae rationis principia, & solus conceptus vnici atque communis regni, satis iam determinant, licet quoque plane non respiciamus ad ipsas nostri imperii leges fundamentales positiuas, quae tamen & idem illud satis dilucide docent. Qui autem eiusmodi imperio ciuili in aliqua ciuitate gaudet, superior; & qui imperio eiusmodi superioris ciuili subiectus deprehenditur, subditus audit. Datur hinc quoque in nostra Germania communis to-

B 2

tius

(1) Non sine fructu me in deducendis hisce materiis adhibuisse Illustr. Dni Nettelbl. syst. elem. iurispr. nat. ipsa inspectio docebit, nec negare cupio.

tius huius imperii superior, & subditi huius vnici atque communis superioris per totam Germaniam, aut sicuti verba nostri auctoris sese habent: Es machen alle Provinzen, so zu Deutschland gehören einen einigen Staat, und ein einiges corpus aus, das aus Haupt und Gliedern besteht, und durch ein einiges Ober-Haupt in dem nexu vnici ciuitatis erhalten, und regieret wird. Quando autem iam ad specioliora progredimur in quaestione, quisnam igitur in hac vnica & indiuisa republica imperii Germanici superior sit, cuique ea ex ratione iura in imperio ciuili contenta, quae iurium maiestaticorum nomine vulgo veniunt, & consequenter facultas ex arbitrio determinandi ciuivm imperii actiones pro obtinenda publica salute atque securitate, competant, non sufficit in principiis subsistere naturalibus, sed potius ad internum & domesticum penetrare debemus nostri imperii statum, quem secure & optime iudicamus ex ipsis imperii legibus fundamentalibus, earumque verbis expressis. Nemo enim inficias ibit, ius belli, leges ferendi, tributa indicendi, & quae sunt eius generis reliqua, ad iura referri debeant in ipso imperio ciuili contenta, & hinc ad iura maiestatica iam autem satis dilucide atque clare hic omnia determinant verba Instr. Pac. Osnabr. sequentia (1) *Gaudeant sine contradictione (status sc. imperii) IVRE SVFFRAGII IN OMNIBVS DELIBERATIONIBVS SVPER NEGOTIIS IMPERII, praesertim vbi leges ferendae, vel interpretandae, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitaliones militum instituendae, noua munimenta intra statuum ditiones exstruenda nomine publico, veteraue firmanda praesidiis, nec non vbi pax & foedera faciendae, ALIAVE EIVSMODI NEGOTIA PERAGENDA FVERINT.* Confirmatur adhuc, & denuo repetitur, immo nisi forsitan me omnia fallant, per ea quae docet Moserus, (2) magis adhuc explicatur haecce imperii constitutio, in verbis capitulationis Caesareae (3) sequentis tenoris: In allen Berathschlagungen über die

(1) art. 8. §. 2. (2) in denen Anmerk. ad capit. Caroli VII, part. 2. pag. 170. & 171. (3) art. 4. §. 1.

die Reichs-Geschäfte, insonderheit diejenigen, welche in dem Instrumento pacis namentlich exprimiret, und dergleichen, sollen und wollen wir die Rhurfürsten, Fürsten und Stände des Reichs, ihres iuris suffragii sich gebrauchen lassen, und ohne derselbigen Reichstägigen freyen Beystimmung nichts fürnehmen noch verstaten. Nisi itaque quis forsitan aethiopem lauare, aut de splendore solis dubitare cupiat, perspectis hisce verbis statim concedere debet facultatem pro obtinenda publica salute & securitate ex arbitrio determinandi actiones ciuium imperii in negotiis imperium concernentibus, hincque iura maiestatica, & ipsum summum imperium ciuile in Germania, nec soli imperatori, nec solis statibus imperii competere, sed & a voluntate imperatoris, & a suffragiis statuum imperii liberis, simul & coniunctim pendere, hincque non solum imperatorem, nec solos status imperii, sed imperatorem & status imperii in comitiis, simul & coniunctim sumtos, nobis sistere personam superioris in imperio nostro Germanico. Docet quidem iurisprudentia publica communis & naturalis subdistinctionem quandam imperii ciuilis, vi cuius ipsa iura maiestatica, ipsumque imperium ciuile diuersum concipitur ab exercitio iurium maiestaticorum, & exercitio hinc imperii ciuilis, ita vt quis ius ipsum quidem habere possit, ast exercitium tamen eius illi non competat. Sed nec hanc subdistinctionem, ita vt intuitu ipsius imperii ciuilis quidam forsitan status imperii in comitiis concurrant cum imperatore, sed facultas in actum deducendi id, quod vi imperii licet ciuilis, soli imperatori sine statuum concursu tribui possit, non admittunt leges imperii antea adductae. Nudum hoc inuolueret consilium, statibus imperii in comitiis competens, & deliberationes comitiales tunc profecto sine effectu, & robore essent. Longe vltius progrediuntur verba instrumenti pacis, quae ius suffragii, i. e. facultatem declarandi voluntatem de negotio, quod in deliberationem venit, in negotiis imperii sine omni contradictione, statibus imperii concedunt. Et clarius adhuc hanc nostram sententiam determinant verba capitulationis, daß der Kayser ohne

der Reichstägigen freyen Beystimmung derer Reichs-Stände in denen Reichs-Geschäften nichts fürnehmen noch versta-ten solle. Praecipue enim haec vltima dispositio satis determinat & exercitium imperii ciuilib & imperatori & statibus commune cum omnia omnia, quae peraguntur in negotiis imperii aut ab ipso imperatore, aut permittente & mandante eo, alles was in sothanen Reichs-Geschäften fürgenommen und verstattet wird, cum consensu & praeuis suffragiis statuum imperii in comitiis, einer Reichstägigen freyen Beystimmung, fieri & ad actum perduci debent, quibus in comitiis status imperii non deliberatiua, sed potius determinatiua dant vota, per principia satis notoria. Vt hinc rebus ita per ipsas imperii leges fundamentales comparatis, plane nullum remaneat dubium, quin & ipsum ius imperii ciuilib, & iurium maiestaticorum tam, quam exercitium imperii ciuilib, & iurium maiestaticorum in nostro imperio Germanico & imperatori & statibus in comitiis coniunctim sumtis, simul & indiuiso nexu competat, & imperator atque status coniunctim in comitiis, superiorem huius imperii simul conficiant. Licet autem haec ex ipsa legum imperii fundamentalium perspicua dispositione satis clare patefiant: haut tamen quoque vicissim denegari potest, sed tam ipsae leges, quam praxis quotidiana indubia, corroborant, quod soli imperatori, etiam statibus imperii non concurrentibus gaudeat iure adornandi ea, quae adornanda, vt exerceri possit imperium ciuile ex voluntate, & arbitrio superiorum, hincque ius dirigendi exercitium imperii ciuilib in nostro imperio Germanico. Illustrationis simul, & probationis per praxin, causa adducam vnicum exemplum a legum imperii promulgatione desumptum. Concipiuntur eiusmodi leges in ipsis comitiis communibus & liberis statuum imperii suffragiis. Corroborantur tunc, antequam robur constitutionum accipiant per voluntatem imperatoris accedentem: Sed denique actus, quo eiusmodi lex ad notitiam subditorum perfertur, solius imperatoris nomine & mandato suscipitur. Eadem prorsus ratione & modus procedendi in aliis quoque negotiis imperii obseruatur atque custoditur, sicuti innu-

innumera docent exempla. Nec minus negari vix potest, quod licet iura maiestatica, regimeu totius imperii qua talis concernentia, imperatori ac statibus simul, tanquam superiori imperii Germanici, & quoad ius, & quoad ipsum exercitium competant, tamen varia, atque haut pauca in nostro imperio obuenire iura maiestatica, quae soli imperatori, absque villo concursu statuum imperii, & quoad ius, & quoad exercitium conceduntur, quae ea ex ratione sub nomine referuatorum veniunt publicistis (1). Sic enim v. c. famam atque existimationem concedit, & amissam restituit, nobilitatem concedit, postas erigit. Et vltiori adhuc disquisitioni relinquo pro hac vice decisionem, an cum, an sine lege loqui videar, quando in determinandis hisce referuatis imperatoris pro regula ponam thesin: quod omnia ea, quae ad regimen imperii, qua imperii, pertinent minime gentium; vtique autem, quae regimen imperii, qua imperii, non quidem in specie respiciunt, & tamen nec per capitulationes, nec leges imperii, nec obseruantiam imperii limitantur, ad eiusmodi referuata referri debeant (2). Sit autem hac in materia speciali, quicquid sit, ex supra adductis tamen satis patescit, nostrum imperium Germanicum non simplicem, ac regularem constituere aristocratiam, quippe in qua totum imperium ciuile penes plures, simul cum ipso iure dirigendi exercitium imperii ciuilis coniunctim manet. Sed species potius reipublicae irregularis manet, vbi ius dirigendi exercitium imperii separatim ab ipso imperio, & ipsum imperium ciuile ex parte vnus priuatiue habeat, ex parte vero alia membra cum eo participant de imperio. In eiusmodi autem rebuspublicis ille, qui gaudet iure dirigendi exercitium iurium maiestaticorum cum ipso imperio, aliis tamen ex parte communicato, imperans imperii; qui autem cum imperante participant de imperio ciuili, status imperii, s. ordines regni; coetera autem membra coniunctim sumta, sicuti & singuli status, subditi; denique imperans & status simul sumti, superior audit.

(1) Conf. Mosers teutsches Staats-Recht Lib. 2. Cap. 17. cum additament. (2) conf. Gaertner de imperatore referuatorum suorum iudice & executore.

audit. Siftunt itaque nobis in imperio Germanico per ante deducta imperator, electores, principes, & coetera membra imperii, quae votum atque sessionum in comitiis habent, coniunctim & simul sumti superiorem ciuitatis Germanicae: imperator solus autem imperantis; sicuti electores, principes, & coetera membra comitialia, propter votum & sessionem in comitiis, status imperii, atque ordines regni audiunt: membra autem imperii, tam mediata, quam immediata, quae voto atque sessione in comitiis non gaudent, vt & status imperii, in casu singulari considerati nomine subditorum vnus illius ciuitatis vniuersalis in imperio nostro Germanico veniunt.

Ex hisce iam antea prolixius de- & adductis facillimo negotio diiudicantur, & diiudicari possunt coeterae propositiones in so nostri auctoris cit. adhuc obuiae. Quia enim & imperator & status imperii simul & coniunctim sumti personam vnicam moralem communis superioris per totum ac vniuersum imperium nobis siftunt; status contra ea singuli, cum ciuibus non statibus tam mediatis, quam immediatis, subditos vniuersi imperii efficiunt: prono iam fuit alueo, daß (vt ipsissimis verbis auctoris vtar) alle diese dem Deutschen Reich incorporirte Länder einen einigen Staat, und ein einiges corpus ausmachen, so aus Haupt und Gliedern bestehet, und durch eine einige, allerhöchste und unzertrennte Mayestät in dem nexu vnus ciuitatis erhalten, und regieret wird. Immo & ea ex ratione nec imperator admittit, nec ipsi status imperii in legibus imperii tam, quam litteris ad imperatorem adhibent vocabulum corporis Germanici quatenus soli status imperii, exclusa Caesarea Maiestate sub hac denominatione indigitantur. Immo cum anno 1727 Legatus Gallorum de Chavigny, in memoriale ad conuentum comitiale directo hanc denominationem saepe intermiscibat, protestationem statim suam, & indignationem imperator ea de re declarabat in decreto commissorio sub dato 17 April ad Acta dato, verbis: Aus welchem Memorial deutlich abzunehmen, mit was weitem Art und List, und aus welcher Veranlassung man brachte, das allerhöchste Oberhaupt im Römischen Reiche von desselben Gliedern zu trennen, solches unter einem noch niemahls gebrauchtem

ten, unanständigen, metaphorischen Namen, und ungewöhnlichem
 stylo, vom corps Germanique in einer Spaltung von Caesarea
 maiestate zu bringen ꝛc. Idem illud iudicium & merito de de-
 nominatione imperii, des Reichs, ferendum.

Eadem ratione certo certior est propositio auctoris, daß
 dieses durch eine eigene, allerhöchste, unzertrennte Mayestät in nexu
 vnus civitatis erhaltene, und regierte Deutsche Reich aus Haupt
 und Gliedern bestehe. Sed caute atque sedulo in hac denomi-
 natione euitanda erit ambiguitas verborum, & minime genti-
 um confundendi sunt termini, licet pluribus promiscue vfi-
 tati, capitis imperii, supremi capitis imperii, eines Haupt,
 Oberhaupt des Reichs, & superioris, sicuti nec vox Glieder des
 Reichs & subditi aequipollentes sunt. Caput imperii, supre-
 mum caput imperii, das Haupt, Oberhaupt des Reiches, impe-
 rator solus & est, & vocari solet, & debet. Docet hoc idem
 illud mox citatum decretum commissionis ad Acta publica da-
 tum, nullo statuum imperii contradicente. Significat autem
 haecce denominatio nihil aliud, quam quod status imperii sine
 imperatore, eius concursu, & accedente eius consensu, corpus
 quoddam sine capite, sine vita, sine actualitate & actiuitate
 constituent, hinc conclusa eorum, atque suffragia sine cor-
 roboratione & adprobatione imperatoris sine vlllo robore, ef-
 fectu, & obligatione manere debeant. Superior autem impe-
 rii hanc propter rationem solus imperator, sine concursu &
 coniunctione statuum imperii, nondum dici potest, sicuti conce-
 ptus superioris in imperio supra iam determinatus, vltius
 docet. Eodem modo status imperii in comitiis vocantur mem-
 bra imperii Glieder des Reiches, sine quibus eorumque consensu
 caput sine corpore, hinc pari ratione sine effectu externo in
 omnibus suis actionibus, imperium qua imperium, eiusque re-
 gimen concernentibus, esset. Sed subditorum nomine nun-
 quam veniunt, nec venire possunt, illi, qui per supra deducta
 coimperantes imperii existunt. Non possum non, quin au-
 thenticam quandam probationem huius meae explicationis ad-
 dam, verbis ex scripto quodam anno 1735 publici iuris facto,

C

quae

Re. g. obitumms @ bmas @ qm (r)

quae adducit Moserus junior (1) sequentis tenoris: c'est vne terme inconnu (de voce sc. corporis Germanici, quatenus solus status sine imperatore comprehendit, in antecedentibus fermo est) dans tous les Archiues d'Allemagne, & qui n'a pû être mis en usage, que par quelques etrangers, parmi lesquels il ny en a gueres, qui ayant une veritable connoissance des constitutions de l'Empire, Vouloir l'appeller un corps pour le separer & l'opposer à son chef, c'est en faire un corps mort, qui seroit sans tête; quoiqu'il soit assez connu, que le pouvoir legislatif, & toutes les autres marques de souveranité ne s'exercent pas par les membre de l'Empire, comme formant un corps separé: mais qu'alors seulement une loi est une loi de l'Empire, quand les Electeurs, les Princes, & les Villes immediates, ayant proposer leurs sentiment, il est approuve par l'Empereur. Secundum hanc satis claram atque perspicuam verborum explanationem, rite perpensis de natura atque idea communis in imperio nostro superioris, ex ipso tenore instrumentorum publicorum, imperator, qua imperator, caput quidem imperii, imo supremum caput est, atque manet, sed non superior imperii *der Oberherr*, eius enim personam & imperator, & status imperii simul & coniunctim nobis sistunt. Status autem imperii simul, atque coniunctim sumti, sunt quidem *Gliedere des Reichs*, sed non subditi, potius coimperantes, quibus imperator minime gentium per modum imperii quid iniungere valet, licet singuli pro se, in casu singulari, & separatim confiderati, tanquam subditi ad mandata, imperatoris nomine illis insinuata, recipere, illisque quatenus LL. imperii, & voluntati atque suffragiis statuum haut contraria, morem gerere debeant. Ipse autem imperator, tanquam supremus, & caput imperii, nullo modo subditi speciem habet, hincque nulli tanquam imperanti subiectus manet.

Nec dubium porro hisce principiis antea explicatis remanere potest vllum circa thesin auctoris, quod in hac vnica & indiuisa republica totius nostri imperii Germanici adsit maiestas quaedam vnica, summa, & quae diuisionem quoad negotia imperium, qua

impe-

(1) in s. Staats-Grammatic. p. 99,

imperium, eiusque regimen vniuersale, concernentia, nullam admittit diuisionem, eine einige, allerhöchste, unzertrennete Majestät. Quæstio autem adhuc manet, & remanet nihilominus altioris indaginis, an imperatori, qua imperatori, tanquam capiti imperii supremo, dem Oberhaupte des Reiches, i. e. per supra deducta, imperatori soli, hæc maieſta vnica, summa, indiuisibilis, & indiuisa, tribui possit, quod tamen verba auctoris docere videntur. Hanc sententiam illimitatam, & sine vltiori conceptuum euolutione defensam, ipsis legibus imperii fundamentalibus, ipsisque principiis nostri auctoris infra ex legibus imperii traditis, contrariam, vix ac ne vix meam facere audeam. Sed omnes hic & motæ, & mouendæ controuersiaæ facili negotio forsitan remoueantur, ambiguitate verbi maieſtatis sublata, & rite ac accurate expositis variis illis significationibus, quas vocabulum hocce maxime πολυσημον ex quotidiano vsu admittit. Mox enim vocabulum maieſtatis, eine Majestät, solum inuoluit titulum honoris, siue vti loqui solemus, eine titulatur, & indicat imperantem plane independentem, licet forsitan limitatum. Docent hoc satis exempla regum, aliorumque principum, qui hac denominatione adpellari solent, si modo non ab alio imperante quouis modo pendeant, licet forsitan imperium eorum & maxime per pacta, & leges fundamentales suæ prouinciæ sit limitatum. Hoc itaque in sensu nec imperatori, qua imperatori, soli, & sine concursu quoque statuum imperii, maieſtas umquam denegatur, nec denegari potest. Est enim atque manet imperans plane independens, licet limitatus. Potius non ab extraneis solum imperantibus, sed ipsis quoque principibus imperii, ac singulis statibus, immo & ab ipsis statibus imperii in corpore, tam in legibus imperii, quam aliis documentis, immo ipsis litteris ad imperatorem adpellatur Sacra Caesarea Maieſtas, Kayserliche Majestät. Aut sumitur hocce vocabulum, quatenus non solum titulum, sed potius ius cuidam aſtualiter competens inuoluit, pro dignitate, quæ ex imperio summo oritur. Et nec hoc in sensu imperatori, qua imperatori, etiam sine concursu statuum imperii tanquam supremo capiti imperii, dem höchsten Oberhaupt des Reiches, qui iure gaudet dirigendi exercitium imperii summi in imperio Germanico, maieſtas denegatur. Testantur hoc satis solemnitates, & ceremoniæ imperato-



ratori, qua imperatori, tam in ipsis comitiis a statibus in corpore, quam extra comitia a singulis per leges, & obseruantiam, praestandae. Aut sumitur denique hocce vocabulum pro ipsa superioritate, seu potestate independente ex arbitrio determinandi ea, quae ad vtilitatem, securitatem, & salutem publicam pertinent; seu vt breuibus me expediam, pro ipso exercitio imperii ciuilibus summi, in negotiis imperium, & qua imperium, eiusque regimen concernentibus. Et hoc in significato imperatori soli, qua imperatori, sine concursu statuum, minime gentium tribui potest, sed potius in aliis eiusmodi negotiis (per verba instr. pac.) und in denen Reichs-Geschäften überhaupt, insonderheit denenjenigen die namentlich verprimitret (per verba capitulat. Caes.) status imperii gaudent iure liberi suffragii, so daß ohne ihrer Reichstädtigen Beystimmung nichts fürgenommen, noch gestattet werden kann. Gaudet quidem & hoc sensu imperator maiestate, sed non solus, sed quoad directionem solummodo, ita vt & in determinatione, & exercitio semper opus sit praeuio consensu statuum imperii. Licet quoad reseruata imperatoris, & negotia, quae non imperium, qua imperium eiusque regimen concernunt, non solo iure dirigendi maiestatem, sed ipsa potius maiestate gaudeat.

Sufficiant haecce, commilitones suauissimi, pro praesenti meo scopo ad explicationem auctoris, Et licet permulta adhuc ad vltiorem propositorum explicationem, ac adplicationem restant dicenda; tamen ea seruo praelectionibus coram instituendis. Placeant interim proposita, displiceantque, mihi vnum idemque erit, si modo commodum, & vtilitatem futuri auditorii mihi promittere possim. Offero hinc has praelectiones, si qui sunt, qui interesse cupiunt, per instans semestre hybernum hora IIItia vsque ad IIItam pomeridiana publice & gratis instituendas, vestramque praesentiam mihi, ea qua par est obseruantia, expeto.

De coetero autem quoque ad instantiam eorum, qui futuro paschatos festo iter parant, pro hac adhuc ac vltima vice me paratum dico.

I) ad praelectiones in b. Schaumburgii compendium pandectarum, triplicatis quotidie horis inter semestre spatium absolueudas, quibus horam VIIIam vsque ad IXnam & Xnam vsque ad XIIam dico. Sicuti &

II) repetam iterum praelectiones in b. Heineccii elementa iuris ciuilibus secundum ordinem institutionum in hora IXna vsque ad Xnam antemeridianam instituendas. Quibus denique iterum ad instantiam amicorum addam


III) praelectiones in hora pomeridiana II da ad IIIiam in Illustr. Bohmeri elementa iurisprudenciae criminalis

Faxit Deus ter optimus, terque maximus, vt omnia feliciter, in sui nominis gloriam, academiae commodum, vestramque, honoratissimi domini commilitones, vtilitatem, ac prospere succedant.


Valete atque fauete

Dab. d. 7. Octobr. A. O. R. 1751.










the scale towards document



regimen vniuersale, concernentia, nullam ad-
 eine einige, allerhöchste, unzertrennete Majestät
 huc manet, & remanet nihilominus altioris in-
 tori, qua imperatori, tanquam capiti imperii su-
 aupte des Reiches, i. e. per supra deducta, impe-
 maesta vnica, summa, indiuisibilis, & indiuisi-
 od tamen verba auctoris docere videntur. Hanc
 atam, & sine vltiori conceptuum euolutione
 gibus imperii fundamentalibus, ipfis que prin-
 cis infra ex legibus imperii traditis, contrariam,
 a facere audeam. Sed omnes hic & motae, &
 uersiae facili negotio forsitan remoueantur,
 maiestatis sublata, & rite ac accurate expofitis
 cationibus, quas vocabulum hocce maxime
 diano vsu admittit. Mox enim vocabulum ma-
 stät, solum inuoluit titulum honoris, siue uti lo-
 titulatur, & indicat imperantem plane indepen-
 sitan limitatum. Docent hoc satis exem-
 nque principum, qui hac denominatione adpel-
 non ab alio imperante quouis modo pendeant,
 rium eorum & maxime per pacta, & leges fun-
 rouinciae sit limitatum. Hoc itaque in sensu nec
 peratori, soli, & sine concursu quoque statuum
 umquam denegatur, nec denegari potest. Est
 t imperans plane independens, licet limitatus.
 tranis solum imperantibus, sed ipfis quoque
 ii, ac singulis statibus, immo & ab ipfis statibus
 , tam in legibus imperii, quam aliis documen-
 teris ad imperatorem adpellatur Sacra Caesarea
 che Majestät. Aut sumitur hocce vocabulum,
 um titulum, sed potius ius cuidam actualiter
 , pro dignitate, quae ex imperio summo oritur. Et nec
 ori, qua imperatori, etiam sine concursu statuum impe-
 capiti imperii, dem höchsten Oberhaupt des Reiches, qui
 li exercitium imperii summi in imperio Germanico,
 Testantur hoc satis solemnitates, & ceremoniae im-
 rato-

C 2